

Corollaria.

I.

Nepos Electoris ex primogenito preferendus est in Successione Electoratus filio secundo genito.

II.

Filius natus antequam Pater Electoralem dignitatem adeptus, praefertur in Successione filio, qui post Electoralem dignitatem primo loco natus.

III.

Etiam Principibus Imperii Jus legitimandi filios illegitimè natos competit.

IV.

Ob Crimen laesæ Majestatis Paternum justissimè filii bonis privantur & Republ. expelluntur.

V.

Ultimi aliquando supplicii executio à Principe Sorti committi potest, ut ille solus, quem sors designat, puniatur.

VI.

Bellum ex utraque parte justum esse nequit.

VII.

Non deneganda est homini facultas se ad carcerem ob civile debitum obligandi.

VIII.

Non potest homo injustè invasus sui defensionem salvâ conscientia omittere, quamvis alter sit occidendus.

Mi-